



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

38. An Religiosus, seu Monialis cum licentia tacita peccet mortaliter
alienando, vel recipendo aliquid clandestine, sceins illum modum
clandestinum Superiori displicitur? Et suūönitur, ut ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

Sup. hoc ip. §. 1. Rel. praefer-
ta, & legg. f. 8. num. 176. vbi sic ait: Si Religiosus aliquis dat
doctrinā al- terius Religioso eiusdem Conventus librum valoris
anno.

Ad hoc dubium affirmatiū respondet Car-
dinal. de Lugo de iust. & iur. tom. 1. disp. 3.
f. 8. num. 176. vbi sic ait: Si Religiosus aliquis dat
altri Religioso eiusdem Conventus librum valoris
quinq[ue] aureorum, Manoel Rodriguez, quem affert
& Sequitur Sanchez d. lib. 7. cap. 19. num. 66. putat
non esse mortale, quia cū liber ille manere debeat
in eodem Conventu, non videtur esse grauitate iniurias
Pralatus; parum enim extrahitur ab vñi communi per
illam donationem. Et in vniuersum Pater Suarez
tom. 3. de Relig. lib. 8. c. 1. s. m. 6. obseruat maiorem quanti-
tatem requiri ad culpam gravem quando, aliquis
dat aliis Religiosis eiusdem Conventus, cū res illæ
maneant adhuc intra eandem Communitatē, nisi
forte fiat distributio ex bonis, que adhuc in communī
reservata sunt pro tota Communitate. Vnde infert idē
Suarez, multum diminui de grauitate huius culpe, ac
per consequens maiorem materiam requiri ad culpam
Resol. 14. & gravem, quando unus Religiosus tribuit alteri Reli-
giōsō eiusdem Conventus vñm rei sibi iam concessa
DD. citatis à Superiori ad eundem, vel similem, vñm. Ita Cardin-
is. vlt. huius Ref. infra

in Ref. 61. §. 2. Sed negatiꝫ sententia adharet Caramuel in
reg. D. Bened. disp. 64. n. 965. vbi ita afferit. Religiosus
potest dare quacumque alteri filio eiusdem domus, quin
peccet contra paupertatem. Vnde non solū libros cu-
iuscumque pretij, & vestes & secundumque, sed etiam
picturam cuiuscumque valoris, si excederet premium
millium ducatorum posset Monachus dare Confratri.
Ratio est manifestissima; quia hic nullum detrimentum
fit bonis Monasterij, nam ipsius illas sum dominum
consernatur. Vñs non est contu Monasterium;
quid enim huius refert, quod talis pictura sit in cubiculo
Ioannis, aut Pauli? solum hinc iniuria fit Prælato,
sine cuius licentia dantur munera, cū sit expellimus
in Reg. cap. 54. sine Abbatis licentia nulla munera nec
a Confratribus accipienda esse, atque ideo qui talem
picturam aut aliam rem summi valoris dederit contra
Prælati præceptum Obedientie, peccabit fidei mortaliter,
sed non contra Paupertatem. Qui in talibus rebus
contra Abbatis præceptum Ob. dientie non operatur
peccat contra Regulam in foro exteriori, in quo est
punierendus; & pena corporalis sufficit ad conservatio-
nem discipline. Ita Caramuel, qui citat Llamas, & Fa-
gundez, quibus addit nouissime Machadum de perf.
Conf. tom. 2. lib. 5. par. 2. tr. 1. docum. 8. n. 7. qui adharet
sententia Caramuelis me citato.

RESOL. XXXI.

An quando Religiosi inter se largiuntur munera de re-
bus minimis, necessariis sit habere licentiam expre-
sam, & in scriptis suorum Superiorum? Ex p. 1. tr. 6.
Ref. 20.

§. 1. Afirmatiū respondet Berti in expos. huius
Bulle. p. 2. cas. 3. fol. 417. col. 2. in fin. & ex
parte Barthol. à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. q. 219. n. 5.
Et ratio est: quia ita afferunt verba Bullæ.

2. Sed mihi probabilis videtur contraria senten-
tia, qua afferit, dictam approbationem intelligendam
esse in ordine ad Religiosos, de quibus aliqua ambi-
tio timeri potest: secus autem de Religiosis, in quibus
prædicta ambitio non timerit. Et in his non est
necessaria licentia Superioris expressa, & in scriptis:
sed sufficit licentia tacita, & multo magis verbalis,
saltē in foro conscientia. Et idē Bartholomaeus à
S. Fausto, vbi supra, idem fertur de licentia in scri-
ptis: putat enim, hanc esse necessariam tantum in ordi-
ne ad forum externum. Et absolute hanc opinionem

docuit Ioan. Valerus in diff. utrinque fori, verb. ma-
nera, num. 83.

RESOL. XXXVII.

An dictam licentiam habere debet Religiosus, per, quoties vult donare; Ex part. 1. tr. 6.
Resol. 21.

§. 1. Jacobus de Graffis de cas. reserv. lib. 3. cap. 4.
f. 58. affirmatiū tenet sententiam
2. Sed Bartholomaeus à S. Fausto, vbi supra, q.
212. & Ioan. Valerus num. 86, negatiū sententiam
amplexi sunt: afferunt enim, sufficere licentiam ob-
tentam semel pro tempore; & quidem durum est re-
quiri specialem licentiam in quacunque largitione, si-
ficit igitur generalis. Et ratio est: quia à iure commu-
ni non est recedendum, nisi quatenus ius novum co-
git: sed de iure antiquo sufficiebat licentia generalis
& tacita: & cum per hanc Bullam modo requiratur
expresa in scriptis, nihil addendo, vt sit specialis in
quacunque largitione: ergo sufficit, vt sit generalis in
scriptis. Et ita etiam præter Doctores citatos, ad-
versus Graffium tenet hanc sententiam Paulinus Berti
in expos. huius Bullæ, part. 2. dub. 1. fol. 417. col. 1.
circa finem.

RESOL. XXXVIII.

An Religiosus, seu Monialis cum licentia tacita pe-
cet mortaliter alienando, vel recipiendo aliquid da-
destin, sciens illum modum clandestinum. Supponi-
tum?

Et supponitur, si Religiosus det, vel accipiat aliquid
ne voti paupertatis fraktione sufficere tacitam, sed
probabilitate presumptam Superioris voluntatem
in eo casu, in quo posset expressa licentia postulari,
& ob aliquem humanum respectum, vel pudorem, au-
t nonnullam difficultatem audeundi Superiorum omni-
titur.

Et an peccet mortaliter Monialis, que Abbatis vis-
tanti cubiculum aliquas res occultavit ob circun-
diem? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 31.

§. 1. Suppono, ex communi sententia, vt Religiosus
det, vel accipiat aliquid sine voti paupertatis
fraktione, sufficere tacitam, vel probabilitate presum-
ptam Superioris voluntatem, etiam in eo casu, in quo
posset expressa licentia postulari, & ob aliquem huma-
num respectum, vel pudorem, aut nonnullam diffi-
cultatem audeundi Superiorum, omittitur. Hanc sen-
tentiam docet D. Thomas 2.2. quæst. 32. art. 8. ad 1.
Valentia tom. 3. disp. 10. quæst. 4. punt. 3. Leffus de
iust. lib. 2. cap. 41. dub. 9. n. 8. Azorius p. 1. lib. 12. c. 12.
quæst. 2. 3. & 4. Molina de iust. tom. 2. disp. 276. S. enk.
Eleemosyna, n. 12. Ledesma in fin. tom. 2. tr. 4. c. 3. art.
3. Bañez & Aragon in 2.2. q. 3. art. 8. cum aliis con-
munitur.

2. Hac veritate supposita, respondeo, in cau pro-
posito Religiosum non peccare mortaliter: quia licen-
tia tacita excusat Religiosum à transgressione voti
paupertatis, quando rem aliquam accipit, vel aliena-
tio Superiori; credens tamen, quod Superior le-
centiam sic alienandi, vel recipendi daret: quan-
uis displiceret illi talis alienandi, & accipiendo mo-
dus. Potest igitur esse Superior iniutus, vt ita dic-
am, quoad substantiam dandi, vel alienandi; &
potest esse iniutus quoad modum: si est iniutus
quoad substantiam rei, Religiosus peccat alienando
vel recipiendo; non autem si est iniutus quoad

De Paupertate Religiosa. Ref. XXXIX. 265

modum. Et ita docet Tannerus in 2. 2. disp. 6. q. 3. in hoc mo. dub. 4. n. 165. Fagundez de Precep. tract. 2. lib. 8. c. 6. n. 3. Mendoza 9. S. concl. 8. Graffius decisi. par. 1. Sed Cenedo de paupert. relig. dub. 18. num. 14. Miranda in Man. Prelat. tom. 1. q. 28. art. 16. concl. 2. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 8. c. 11. n. 11. & alii.

3. Hinc posunt Moniales, & Religiosi retinere munera, qua cum licentia tacita Abbatissæ, vel Praelati: receptorunt, etiam modus accipiendi clandestinus illis displiceret: vnde apparat, quandam monialem reg. non fregisse votum paupertatis, quæ abscondit alias re Abbatissæ visitanti cubicula; non, quia putabat illis spoliari; sed propter verecundiam, & consuptionem, & quia Abbatissæ displicebat modus accipiendi. Ita Peirinus de Relig. 1. tom. 1. c. 2. q. 2. §. 4. Mendoza q. 8. post concl. 4. Rodriguez qq. regul. tom. 3. quest. 19. art. 5. concl. 5. Barthol. à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. q. 126. n. 3. Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. num. 61. & alii. Ex hac doctrina tollent Confessarii multos fetiupulos à conscientiis Religiorum, & Monialium.

4. Sed circa presentem questionem nota primò, vi posuit Religiosus licet operari cum dicta licentia tacita Superioris, non opus esse, vt de tali licentia habeat certitudinem moralem, vt volunt Molina, & Ledesma vbi sup. sed sufficit habere probabilem cognitionem, qua ex iusta credendi causa procedit: secundùs autem, si sit improbus, & temeraria. Et ita docet, cum alii, Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. n. 13.

5. Nota secundò, tunc Religiosum, seu Monialium, possit coniungere probabiliter, talern licentiam tacitam; primò, quando Superior est vir dulcis, & non rigidus, & nimis difficultus ad condescendendum subditus. Secundò, quando subditus est Superior valde dilectus, & non exsus, & nullius autoritatis, sed est vir grauis, & optimis moribus exornatus, ac de Religione benemeritus. Tertiò, si res, que accipiuntur, vel donantur, sint leuiiores. Quartò, ex facto ipso, vt si, v. g. talis dispensatio, seu licentia, in commodum Monasterij cedar. Et sic notauit Homobonus de Bonis in exam. Eccles. p. 1. tract. 7. c. 12. q. 230. Barthol. à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. q. 162.

RESOL. XXXIX.

An licentia presumpta liberet Regulares à vizio paupertatis etiam si superiorum adire facile possint, vel diffiri?

Ei infertur, quod quoties ob presumptam voluntatem Domini possumus colligere illum non esse iniustum; aut esse tantum iniustum quoad modum, quia daret, si peteretur aliquid ab eo, aut non ageret ferre, confundi non sicut peccare fures, vt in uxore, filio, seruo, famulo, & amicis, no.

Ei an Religiosi peccent mortaliter si fuerint ex bonis Comenius octo, vel nouem Reales? Ex p. 6. tr. 6. & Milc. 1. Ref. 58.

§. 1. Negatè respondet Croulers in Regulam S. Francisci, cap. 7. let. 14. fol. 613. vbi sic asserit. Circa prædicta de voluntate presumpta, nota non conferi adesse voluntatem talem; sive male præsumi, quando res facile diffiri posset, vel Superior adiri.

2. Dices, si peterem à Superioro consentire, ergo possum præsumere, nec expressam veniam teneor procurare. Respondeo id fieri non posse: quia hæc ratione euerteretur omnis obedientia regularis; vnde sequit non ex eo res aliqua sit tua, quia dominus eius

Tom. VII.

eam tibi probabilitate daturus esset, si eam peteres; ita nec censetur ad vsum tuum concessa, quia eam tibi Superior probabilitate esset concessa, si peteres, sed teneris petere si possis, non tamē puto fore peccatum mortale, si bona fide inferior sic præsumens de Superioris voluntate, aliquid habeat, aut aliquo vtratu, licentia non petita, modo aliunde non fit mortale. Ita ille.

3. Sed opinio affirmativa aliquibus magis placet, & id Tamburinus de ure Abbatum, tom. 2. disput. 22. quest. 8. num. 1. sic sit. Videndum est primum, an sit necessaria licentia expressa, an verò sufficiat tacita, seu præsumpta, vel interpretativa. In quo dicendum est, quanvis longè melius & securius sit operari in hac materia cum expressa Superioris licentia sufficeret tamen licentiam tacitam, seu probabilitate præsumptam, non solùm quando commodè postulari non potest; nempe quia Superior distat, vel est occupatus & virgine necessitas, vel moralis commoditas accipiendo vel expendendo: quo casu satis est probabilitate credere Superiorum non fuisse denegaturum licentiam, si convenienti posset, vt alerent Doctores statim citandi, verū etiam in casu, quo posset expressa licentia posulari, sed ob aliquem humanum respectum, vel pudorem, aut aliquam difficultatem adeundi Superiorum non postulari; quia quando rationabiliter præsumitur Superiorum id velle, eti expressus illius consensus non habeat, tamen non dicitur res fieri abque eius licentia; tum etiam quia tacitum & expressum regulariter æquiparant. Hæc Tamburinus, & alii penes ipsum, quibus ego libenter adhæreo. Et ad confirmationem sua doctrina, quam afferit Croulers, respondeo negando illam: & idem quodcumque eba præsumptuam voluntatem Domini, possumus colligere illum non esse iniustum, aut esse tantum iniustum, quod modum: quia daret, si peteretur ab eo, aut non ageret ferre, confundi non sunt peccare mortaliter fures: hæc autem voluntas præsumpta Domini latenter refidet & cernitur in matto respectu uxoris, in patre respectu filiorum, in hero respectu famulorum Sup. hoc pro circa comestibilia tantum; & regulariter loquendo in seruo infra amicissimo homine, & familiarissimo respectu amici in rr. 8. & familiaris. Et ita docet Fagundez in precepta De- Ref. 45. S. Dico ad me calogi, tom. 2. lib. 7. cap. 2. num. 13. Et probatur hac diu in Vers. opinio ex leg. Inter omnes 47. S. recte, ff. de furtis Vnde. & pro ibi. Recitè dictum est, qui putauit se Domini voluntate rem attingere, non esse furem: quid enim dolo filij, familiæ, qui putat Dominum consenserum fuisse? vbi ibidem, aperie dicitur non esse reum furti illum qui credens per totam & Dominum rei consenserum rem clam, accepit: quod scilicet primæ idem in furo tenet Diuus Antoninus 2. part. tit. 1. not. cap. 15. initio. Rosella verb. furtum initio, & ibi Angelus numer. 7. Sylvestre ante quest. 1. num. 1. Tabiena num. 1. Aragonius 2. 2. quest. 66. art. 3. paulo post initium. Sayrus in clavi Regia lib. 9. capite 12. num. 2. vers. dicitur iniusto: nam similiter furtum in quod quis credit probabilitate dominum consenserum, non erit mortale, sed veniale; quia ad summum censetur dominus iniustus quoad modum; non quoad rem, vt tenet Armilla verb. furtum num. 2. Caieta-Sup. hoc in summa Lat. capite 17. numer. 15. vers. 5. & quadamnum. 138. Hispana numer. 4. & 139. S. verb. furtum terita §. 2. num. 3. Graffius 1. part. decisionum, lib. 3. capite. 1. num. 54. Lessius lib. 2. de inst. cap. 12. dub. 8. num. 49. Sam. à Vers. Non chez lib. 7. de Relig. cap. 19. & num. 13. & ex hoc inutus. & in principio excusantur à mortali, & à transgressione voto paupertatis multa fulta Religiosorum, cuius not.

Non desinam hic obiter etiam adnotare aliquos reprobare opinionem Petri Ledesme, & Hieronymi de Cenedo, quam ego adduxi in 1. part. tractat. 6. ref. 36. assertum Religiosos non peccare mortali. Quæ punc hanc sequitur si fuerint ex bonis Comenius octo vel nouem Reales, & lege

Z. reales